

1075. 13 1655 11 M
COELESTI NUMINIS FAVORE.

Approbante

MAGNIFICO JURECONSULTORUM
COLLEGIO
DE

LITERARUM
OBLIGATIONIBUS, EMPTIO.

NE, LOCATIONE & SOCIETATE.

PRÆSIDE

VIRO

Nobilis-Amplissimo JureConsultissimo Excellentissimoq;

DN GOTTFRIDO SUEVO,

Leor. Siles. U. J. D. & Codicis P. P. in Illustri ad Albim Leucoræa Ce-
lebratissimo, Curia Elect. Saxon. Seabinatus, juxta ac inclite Facultatis
Juridicæ nec non Consistorij Ecclesiastici ibid. Provincialis itid. Judi-
cii Superioris in Marggraviatu Inferioris Lusatia Ad-
sessore longè gravissimo.

Dn. Præceptore, Patrono suo summo, pariter ac Hospi-
pite summâ observantiâ, amore atq; honore, summè
colendo.

RESPONDENTE

OTTONE Schmidt/

Crosnâ. Sil.

Disputatur

die 30. April. Ær. Chr. clæ 17c LV.

In Atrio J. C. Torum.

WITTEBERGÆ,

TYPIS JOHANNIS HAKEN.

22.

649.

COLLEGIUM NUMMIS FAVORIS

MAGNifico JURE CONSULTORUM

COLLEGIUM

LITTERARUM

OB OBLIGATIONIBUS EMPHIT.

IN LOCALITATE SOCIETATE

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

DR. GOTTFRIDUS BIEVO.

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA

EXCERPTA



130.

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE.

In Audit.
Jctor.
ad d. Apr.
Anno
1655.

THESIUM JUSTINIANEARUM

VELITATIO DECIMA TERTIA.

DE

OBLIGATIONIBUS LITE- RARUM EMPTIONE, ITEM LO- CATIONE, & SOCIETATE.

QUAM

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO. D.

& P.P.

instituet

OTTO Schmidt / Crosnâ-Siles.

Thes. I.

Literarum (a) obligatio (b) & vera est (c) & Civilis (d).

(a) Ubi præcipua causa efficiens est scriptura, licet hæc aliis quoq; cõtractibus accedat. Est n. hæc perpetuõ notanda differētia. In omnibus contractibus consensus ut accedat necesse est: Interuenit plerūq; res, interuenit scriptura; interueniunt & verba; nõ tamẽ omnes cõtractus cõsensuales, aut verbis aut re aut literis ceiebratos esse dixeris; Sed, ubi res ita requiritur, ut ejusdem traditio realis ab initio interueniat; re contrahi dicitur ut in mutuo, commodato, deposito, pignore, ubi verba, olim quidem solennia: hodiẽ certa & significantia requiruntur. Verborum obligatio nascitur; ubi scriptura, in quã pecuniã vel aliud se debere quis scribat & confiteatur, requiritur: literis obligatio contracta dicitur: Ubi solus consensus requi-

Ad Rubr.
tit. J. de
lit. D.

A

ritus



631.
ritur ita ut nec verbis, nec literis, nec interventu rei aut traditione, ab initio opus sit; consensualis contractus appellatur.

[b] cujus non meminerunt quidem, Ulpianus in l. 1. §. 3. ff. de pact. l. 8. §. 1. ff. de fidejuss. l. 1. §. 1. ff. de novat. Gajus in l. 1. §. 1. l. 4. ff. de O. & A. nec Modestinus in l. 52. ff. d. r. nec Paulus perspicue in l. 38. ff. eod. Sed Justinianus in l. 14. C. de non num. pec. r. r. Inst. de lit. oblig. vel, quod illis, non incognita quidem, sed tamen minus frequentata fuerit, vel quod Actio ex ea, ob exceptionem olim perpetuo competentem cum effectu vix potuerit intentari. Vid. Wesenb. comm. Inst. b. r. n. 1. Vult. ad S. ult. Inst. de oblig. at. 6. n. Forman. disp. Inst. 22. r. r. Per varias causarum figuras, ex quibus obligationem nasci dicit Gajus in d. l. 1. §. 1. non intelligenda aut inclusa videtur hæc literarum obligatio; Sed JCtus mentem ibi intendit ad obligationes, quæ quasi ex contractu & quasi ex delicto nascuntur vid. Vult. ad cit. Inst. de liter. oblig. in pr. & ad S. ult. Inst. de oblig. n. 5. Quando autem in l. 38. ff. de O. & A. non minus valere dicitur, quod scripturâ, quam quod vocibus linguâ figuratis significatur: per scripturam, non ea intelligitur, quæ ad substantiam contractus, sed ad probationem ejus pertinet; ita nimirum, ut si de contractu stipulationis vel alio per testes aut alio modo non constet, in scripturam tamen contractus ille redactus fuerit: huic scripturæ nihilominus credi debeat. Vult. ad Inst. b. r. n. 2. Coeterum non incognitum, fuisse prisca JCtis literarum obligationem, vel inde probabilis est, quod mentionem faciunt Exceptionis non numeratæ pecuniæ in l. 4. §. 15. ff. de de dol. & met. Except. Confer. Hunn. Var. Resol. lib. 3. Tract. 6. quæst. 1. & Hæn. disp. Inst. 15. r. r. 16.

(c) producit enim actionem personalem, idque non, quia numeratio, aut nudus consensus, expressus aut præsumtus, aut nudum pactum intercescit; Ergo ideò tantum, quia literæ: Sicut olim obligatio quæ nominibus fieri dicebatur quando scilicet debitor argentarium sive mensularium, aut etiam alium privatum patiebatur nomen in rationes suas referre: vel ipse nomen suum rationibus illis inserebat, ex solâ scripturâ, ei-

632.
citra numerationem oriebatur; *Dn. Franzk. Ex. 10 q. 9.* Et cur
temerè numerum verorum contractuum diminuamus, contra
mentem *Imp. in S. ult. J. de Oblig.*

(d) obligari enim ex sola scriptura ad restituendum, quod
non acceperas: Saltem civilis ratio svadet: unde id ita consti-
tutum esse dicitur *Inst. h. t. Fom. d. l. t. h. 2. Dn. Franzk. d. q. 9. in fin.*

II. II.

Exceptio tamen non numeratæ pecuniæ (a) datur. (b)
intra biennium (c) à debitore (d) opponenda (e) quo e- *Ad pr. Inst.*
lapse, neque hæc competit (f) neque aliud (g) ferè *de Empt.*
(b) remedium. *Vendit.*

(a) æquissimè introducta, cum multispe accipiendi quid ex
mutuò vel alio contractu facile syngraphas edant. Quod enim
Exceptio non numeratæ pecuniæ non solum in contractu mu-
tui. Verum etiam in dote & aliis contractibus locum habeat,
probatum ex *l. 14. C. de non num. pec.* quæ generaliter locum facit
Exceptioni huic, in contractibus & rebus omnibus, quas De-
bitor sibi datas esse fateretur; dumque in *S. 1. d. l. 14.* sola deposi-
tionis causa excipitur, cui Exceptio illa adversus confessionem
factam opponi non possit. Sequitur, in aliis opponi posse ut
exceptio confirmet regulam in casibus non exceptis adde *l. 15.*
C. eod. ibi dotis vel alterius causæ nomine. W. senb. Inst. h. t. n. 1.
lit. J. Hocn. disp. Inst. 15. t. h. 17.

(b) eo effectu ut creditor & qui allegat numerationem eam
probet. *l. 3. C. de non num. pec.* aut si non probet, Reus absolvatur.
d. l. 3. Nascitur enim hæc actio, ex sola scripturâ, imò etiam an-
te biennium; summo Jure, ita ut probatâ scripturâ actor obti-
neat. contra scribentem; Exceptione tamen hac non numeratæ
pecuniæ oppositâ quam ipsa æquitas induxit; & ad
quàm in ipsâ scripturâ live literarum obligatione
se refert scribens, facile eliditur; & absolvitur reus, uti di-
ctum est, non probatâ numeratione; Quod si scripturam, ex
quâ convenitur, vel numerationem inficiatus, & postea proba-

tionē Creditoris convictus fuerit debitor, in duplum conde-
mnatur *Auth. contra C. d. t.*

[c) de jure novo *l. 14. C. de non num. pec. Inst. b. t.* olim perpetuò instar aliarum Exceptionum, à quibus neque quoad modum probandi, neque quoad durationem differebat; Quæ ipsa causa esse videtur, cur Jcti, Veteres hanc literarum obligationem à classe cœterarum separarint & ex triplici saltem causâ, Rem nimirum, Verbis & consensu eam nasci censuerint: quia scilicet Actio ex literis vel Scripturâ Exceptione hac perpetuâ semper elidebatur. *vid. thes. præc. lit. b. Wesenb. Inst. b. t. n. t.* Non enim intelligitur scripturâ suâ vel literis esse obligatus, qui agentem, perpetuâ Exceptione repellere potest: sicut nec Creditor intelligitur, qui agens, perpetuâ Exceptione potest removeri. *l. 10. §. 55. ff. de V. S.* Postea, intra quinquennium placuit opponi posse Exceptionem non num. pec. *Cod. Hermog. tit. de cautâ & non num. pec. Harpr. in comm. Inst. b. t. n. 8.* quod multum temporis appellat Imperator. *Inst. b. t. donec tandem intra biennij metas coarctavit Justinianus in d. l. 14* ultra quod tempus minimè extendi debet hujusmodi Exceptio; ne scilicet Creditores diutius possint, pecuniis suis defraudari; quâ ratione utitur Imperator, in *Inst. h. t.* Est & ideò certis inclusa temporibus hæc Exceptio, quia scribens sive debitor eam per modum querelæ proponere potest condicendo Chirographum. *l. 7. C. de non num. pec.* Simile Exemplum est, in querela in off. testamenti, & Exceptione spoli: quæ ideo temporales sunt, quia per modum actionis proponi possunt. Aliæ contra Exceptiones sunt perpetuæ; quia is cum quo agitur, non habet potestatem quando conveniatur; aut quando Exceptione sibi competente utatur. *l. 5. §. ult. ff. de dol. mal. & mer. except.*

[d) ejusque heredibus, qui, si intra legibus definitum tempore decesserit, qui cautionem exposuit, nullâque querimoniâ usus est; intra residuum tempus, eadem exceptione, uti possunt. *l. 8. C. de non num. pec.* Putà à tempore datæ cautionis post ipsum annum completum decessit defunctus, heredi adhuc unus annus datur ad opponendam Exceptionem; isque annus, vel residuum

245 4.
natum temporis continuum est, & currit, non demum ab adita hereditate vel petita bonorum possessione, ut Accurs. voluit sed a die mortis defuncti, ex quo Jus successionis ad heredem delatum est; etiam nondum adita hereditate, sicut in personam defuncti continuo lapsu a die dati chirographi, biennium illud decurrisset. Semel enim coeptum a defuncto tempus, morte ejus non interrumpitur, sed in personam heredis progreditur: adeo ut & contra pupillum & minorem, heredes tempus id inchoatum currat; quanquam adversus elapsam biennium, restitui id integrum possint. *vid. Zanger. de Exceptis p. 3. c. 14. n. 49. & seqq.* Sicut autem heredibus debitoris datur haec Exceptio ita & contra heredes creditoris competit *d. l. 8. C. de non num. pec.* sicut & alias ei qui petitionem pecuniae habet, exceptio opponi potest. Quod si vivo debitore biennium elapsum fuerit, heres ejus, etiam si pupillus sit omnino solvere compellitur. *d. l. 8. in f.* perinde ac debitor ipse vivus ad id obligatus erat. Alia paulo ratio est in Creditore, qui si spe accipiendae solutionis causa, pecuniam apocham dederit Creditor; solutione non facta, intra 30. dies, Exceptionem non num. pecuniae opponere debet, & post 30. dies a tempore apochae vel securitatis expositae elapsos, solutas sibi pecunias non esse, dicere haud possit. *d. l. 14. §. 2. in f. C. de non num. pec.* Minus a tempore, Creditori indulgetur, quam debitori, ad opponendam Exceptionem non num. pec. quia major favor est liberationis quam obligationis & quia majus periculum est in debitore, qui pecuniam se tanquam debitorem accepisse scribit, quam in Creditore, qui solutum sibi, in apocham fatetur, ideo merito, ubi majus periculum est, magis subveniri debet. *Vid. Zanger. d. c. 14. n. 25. & seqq.*

(e) quanquam & in modum quarelae recte proponatur, condicendo chirographum uti antea dictum sub *lit. e. in f.*

(f) licet debitor non numeratam esse probare velit. Nam ultra biennii metas minimè extendenda. *I. b. t. in fin.* Sed intra solum biennium, & eo elapso nullo modo induci potest *d. l. 14. pr. nec jusjurandum creditori offerri d. l. 14. §. 3.* Et omni modo

l. 8. C. de.

Solvere compellitur l. 8. C. de. Sic enim & obligationi litterarum, sua constat firmitas & executio, nec iniquum id scribenti, qui & negligentiam sibi imputandam habet, & post solutionem peculiari actione tanquam indebitum repetet. Nec est ut cum dissentientibus urgeas, id tantum auferri debitori lapsu biennij, quod intra biennium ipsi dabatur, immunitas nimirum a probatione, quam Creditor in se suscipere tunc tenebatur: Hanc immunitate probationis a parte debitoris, post biennium amissa, non omne propterea remedium liberandi se ab actione, ademptum dici poterit, sed audiendus erit. Si probare velit, pecuniam sibi numeratam non esse. Negamus enim biennium illud solum tribuere debitori immunitatem a probatione, quin potius & simul Exceptionem non numeratae pecuniae tribuit: lapsus itaque biennij utrumque adimit: ita ut debitor nec onus probandi in Creditorem devolvere, nec ipse de pecunia non numerata queri ullo modo possit. Vid. *Wesemb. J. b. r. n. 2. Heig. ibid. n. 32. & seqq. Arum. Ex. 12. q. 12. Riem. dec. 10. q. 8. Dn. Frantzk Ex. 10 q. 10 adde Coler. de Process. execut p. 1. c. 10. n. 254. Donell. 14 comm. c. 38. ibiq. Hillig. in Not. lit. D. Zanger. de Except. d. c. 14. n. 67.* ubi hanc sententiam de jure veriore esse putat: contrariam autem a C. C. approbatam & usu servari, & secundum eam aliquoties in Dicasterio Witteberg. pronunciatum ait: Et certe sententia haec aequitati omnino consentanea est. Et melius, in ijs, quae a summa & sola ratione civili dependent; (quale hoc est. obligari aliquem ex sola scriptura, ad restituendam pecuniam, quam nunquam accepit,) dispensare largius, & moderamen aliquod invenire, ne creditor lucrum immeritum capiat: cum damno debitoris, qui naturalis aequitatem respiciens, non obligatus se ad id reddendum, quod non accepit, nec scripturam adversus se aliquid valere putavit: nisi numeratio, qua quidem in literis confessus erat, etiam realiter secuta fuerit: adeoque apices illos ac terminos merè civiles, non ita curate observavit. Tale jam remedium & moderamen est, si post biennium admittatur debitor, ad probandum pecuniam sibi numeratam non esse, quod si praestiterit,

terit,

656.
terit, [quod præstare utique potest, in negativâ, loco ac tem-
pore circumscriptâ, putâ si in chirographo dicatur debitorem
à Creditore Lipsiæ: hoc vel illo presente, hoc vel illo tempore
pecuniam sibi annumeratam accepisse, ipse verò contrarium e-
videntèr probet, vel se, vel Creditorem, vel testes eo tempore
Lipsiæ non fuisse, sed alio in loco degisse) quid æquius justius-
que est quàm Veritati præsumptivæ, quæ ex Scripturâ & literis
conjecti poterat, Veritatem facti evidentissimam & necessariam
præferre; & eum, qui secundum naturalem rationem debitor,
nunquam extiterat, ab actione absolvere: Imò Imperator Ju-
stinianus, si de modo hoc extraordinario opponendi Exceptio-
nem; quo debitor simul onus probandi, se numeratum nihil
accepisse, in se recipit, consultus fuisset, æquitate summâ motus
aliter respondisset: Quod si in probatione deficiat debitor:
nihilominus condemnabitur ad solutionem; licet certum sit,
pecuniam eum non accepisse, ut ita hoc remedio & subsidio
observato & literarum obligationi; sua firmitas, quam ratio
civilis ipsi indidit, constet, nec tamen contra naturalem æ-
quitatem & rationem, qui nihil dedit, aliquid recipiat, aut qui
nihil unquam accepit, aliquid reddere cogatur.

(g) nec exceptio doli, ne obliquè hæc nostra Exceptio in-
ducatur, contra mentem Imp. nullam querelam admittentis, *d.*
l. 1. 4. pr. aut ut Armenop. 2. prompt. 2. n. 4. defensionem, Quan-
quam enim alias Exceptio doli perpetua sit: *l. 5. §. ult. ff. de dol.*
mal. & met. except. Id tamen tunc demum procedit; si exce-
ptio specialitèr & per se datur. Si vero, ex aliis oriatur; (siqui-
dem dolo facit, qui petit, quod quacunque exceptione elidi po-
terat. *l. 2. §. 5. ff. d. t.*) naturam sui Principalis sequitur, & unâ cū
eo durabit at cessabit: Imò doli Exceptio adversus eum da-
tur, qui dolo facit, aut dolo non facit, qui post biennium petit, sed
jute petit ex literis, quod sibi debebatur. *Hill. ad Donell. d. c. 38. lit. C.*
Nec officium Judicis post biennium elapsum competit; quod
nec alias perpetuo durat, nec hic præscriptione completa super-
est. *Heig. & Frantz. ad. loc.*

[b] nam

157.
(b) nam adversus scripturam & confessionem, illam non esse suam, aut, si Notarius Instrumentum super debito confecerit, id non suo consensu factum, sed falsum; &c. hanc vi sibi extortam &c. etiam post biennium excipiet, Zang. d. loc. n. 60.

TH. III.

Emptio (a) Venditio (b) consensu (c) constat, circa rem (d) & precium (e) quibus perfectis pœnitere non licet (f).

(a) Quo verbo L. 12. tab. omnem alienationem comprehendit l. 29 ff. de statutib. omnis enim alienatio & mutatio familie fiebat olim per eruptionem imaginariam aliàs autem venditioni opponi videtur alienatio in l. ult. C. de pact. int. empt.

(b) contractus vetustissimus à permutatione tamen distinctus, cum aliud hic res sit aliud precium. §. 2. Inst. h. r. Et omnino discerni debet, quænam res & quod sit pretium: quod quia non potest discerni permutatis rebus, quæ res videatur venisse, & quæ pretii nomine data fuerit, Rectè placuit Imperatori ex sententiâ Proculi hanc speciem, non esse emptionem Venditionem, sed permutationem adeoq; propriam speciem contractus à Venditione separatam; quæ tunc demum celebrata dicitur si constet quænam res sit, quod pretium, de quo pretio, si ab initio convenerit, sufficit; nec desinit esse contractus emptionis Venditionis, licet postea convenerit, aliud pro pretio dari cum initium contractus sit inspiciendum; Est & hæc præcipua differentia, inter contractum permutationis & emptionis: Ille non nisi rei datione, hæc tantum consensu circa rem & precium perficitur. Cœterum permutatio & contractus est, & innominatus, & bonæ fidei, & à contractu, do, ut des, distinctus. Contractus est & ex eo specialis actio ex permutatione oritur §. 28. Inst. de action. innominatus est. quanquam enim nomen habeat, id tamen de facto potius, ex usu hominum, quàm

quàm ex Jure impositum est & causam potius, quam ipsum contractum denotat, nec huic contractui proprium ac speciale nomen est permutationis, sed aliis quoque contractibus, nominatis, Emptioni, Locationi & innominatis, & aliis, in quibus fermè communicatio fit, permutatione rerum, accommodari potest. Præterea bonæ fidei contractus est permutatio, inter alios ejusdem generis relata in §. actionum 28. Inst. de Act. Denique à contractu do ut des distinctus est, Ille stricti Juris hic bonæ fidei est, ut modò dictum; In illo rem tibi do, ut vicissim aliam des; In hoc ideò do, quia dedisti, adeoque res hic utrinq; traditur; In contractu do ut des verò alterum accepisse sufficit: Quod autem in l. 5. §. 1. in fi. dicit Jctus Paulus, *Explicitus est articulus do ut des*, cum antea præmissis videretur Exemplum permutationis: id non de permutatione in specie, quatenus ea in contractu do ut des intervenit, intelligendum est vid. Forst. de action. disp. 6. tit. 1. lit. F. Schifordegh. ad Fabr. lib. 2. tract. 3.

(c) unde emere vel vendere invito nemo cogitur, regulariter l. 14. C. de contrah. empt. nisi ob utilitatem publicam, urgente forte famis necessitate; aut in communiōe rerum, aut si testamento vendere jussus fuit aut ob libertatis, religionis, vel aliam causam. vid. §. 2. Inst. de his vel al. §. ult. Inst. de denat. l. ult. §. quis à patr. manam. l. 12. §. 1. ff. de relig. & sumpt. fun.

(d) error enim in corpore vel materia vitiat emptionem. Puta, si fundum Cornelianum emere me putabam, tu mihi te vendere Sempronianum putasti; aut si ego me Stichum tu Pamphilum vendere putasti; aut si æs pro auro plumbum pro argento veniat. nulla enim ob dissensum vel errorem in corpore aut materiâ emptio & venditio est. l. 9. l. 14. ff. de contrah. empt. Nec tunc si acetum pro vino venditum fuit; quod scil. ab initio acetum fuit; Nam si vinum fuit, sed deinde acuit, placuit emptionem venditionem esse. d. l. 9. in fin. Nec tunc valida est emptio, si mensa auro vel argento cooperta, pro solida vendatur. l. 41. §. 1. ff. de dat. Nam & sic in materiâ omninò erratur: duo sunt corpora, mensa & operimentum, hoc, non est pars materiæ, sicut vestis non est pars corporis & mensa argento cooperta,

B

nullâ

159
nulla ex parte est argentea. Quod si non in tota materia, sed
in parte saltim erretur puta si aliquid inauratum, pro puro au-
ro veniat, valet venditio; sufficit enim in aliqua rei venditae
parte contrahentes consensisse. *vid. Cujac. lib 2, observ 4, Wesenb.
in Parat. d. t. n 6. Treutl. vol. 1. disp. 28. ches. 7. lit. e.* In id tamen tene-
tur venditor, quanti interest, eum non esse deceptum *l. 21. § 2 ff.
de act. emp.*

(e) & quidem (i) certum, si per se, sive relatione aut e. g.
ad arcam, quantum in illa erit. *l. 7. § 1. de contrab. empt.* aut ad ar-
bitrium tertii quanti is aestimaverit, modo determinet. *§ 1. I. h. t.*
Si vero, determinare pretium, qui nominatus est, vel noluerit,
vel non potuerit, nulla est venditio, quasi nullo statuto pretio
d. § 1. Sicut nec tunc, si contrahentes pretii definitionem in
futurum tempus rejecerint. **Sie wolten sich des Kauff-
schillingß wegen mitt einander vergleichen;** Certum
enim esse debet pretium, ut dictum est, (quale & tunc cen-
setur. Si vendam tibi quanti ego emi, vel quanti in foro venditur.)
& 2. in numerata pecunia consistere: quod ipso a per mutatione
differt emptio venditio. *§ 2. Inst. h. t.* Cum itaque pretium &
pecunia numerata requiratur: constat inde Emptionem vendi-
tionem uno nummo fieri non posse: nisi res talis sit: quae va-
lorem non excedat; *l. 16 ff. de Reg. Jur.* Nummus enim opponi-
tur pretio *in l. 10. in fi ff. de acquir. poss.* & si quis conduxerit uno
nummo, conductio nulla, sed donationis instar est. *l. 46 ff. Lo-
cat.* Et uno nummo, rem longe majoris pretii emere: imagina-
rium & simulatum est, qualia, in contractibus, & in emptioni-
bus quoque vinculum Juris non obtinent censente Modesti-
in *l. 54. ff. de O. & A. In l. 66 ff. de Jure dot.* ususfructus, fundi, cujus
proprietas mulier non habebat, quiq; marito a Domino pro-
prietatis dotis nomine datus fuit; uno nummo mulieri, vel lo-
cari vel vendi a marito posse dicitur: ob utilitatem nimirum
summam quia alias ususfructus ille nec Domino proprietatis;
nec mulieri cedi poterat. Ideo interventu nummi, maritus,
Jus ipsum quidem penes se retinuit, perceptionem vero fructu-
um ad mulierem transtulit. *vid. Arum. Exerc. 14. th. 1. Hunn. V.
R.*

R. lib. 3. tract. 7. p. 1. quest. 3. Hen. disp. Inst. 16. th. 14.

(f) quamvis emptor arrhis carere, aut venditor duplicatas reddere velit. Est enim intentio contrahentium firmari per arrhas contractum, non infirmari. Et emptione semel perfecta, ita Jus quæsitum est utrique contrahentium, ut ne Rescripto quidem Principis recedere alteruter invitatus teneatur: l. 3. C. de rescind. vend. Si vero nondum perfecta sit emptio, Emptor, si poeniteat, perdit quod dedit, si venditor, duplum restituere compellitur. de quo casu nondum scilicet perfectæ Emptionis loquitur Imperator, tum in pr. Inst. b. t. tum in l. contractus 17. C. de fid. instrum. quod satis probant verba d. pr. donec aliquid deest. It. qui recusat adimplere contractum: (quod enim de venditione perfectâ ibidem dicitur, de facto & tractatu, non de obligatione perfectâ accipiendum est) ut & verba d. l. 17. circa fin. super. perfaciendâ emptione; It. non procedente contractu. It. venditionem recusans. vid. Wesenb. ad pr. Inst. b. t. n. 6. Arum. Exerc. 14. th. 9. Hoen. d. disp. 16. th. 6. Harpr. ad d. pr. n. 90. & seqq.

Th. IV.

Ut Emptor precium (a) dare (b) ita Venditor & rem præcisè (c) tradere (d) & vacuam (e) possessionem transferre tenetur (f).

(a) Nam nec actionem ex empto habet antequam obtulerit, & quidem totum l. 13. §. 8 ff. d. A. empt. nec traditam rem acquirit, nisi pretio soluto, aut præstita satisfactione aut habitâ fide. §. 41. J. de R. D. l. 19. ff. de contrab. empt.

[b] i. e. dominium ejus transferre. §. 14. Inst. de A. l. 11. §. 2. ff. de A. empt. cum aliâs precii nullus sit usus. Arum. Ex. 14. q. 4.

(c) omnimodo §. 1. J. b. t. compellitur l. 50. ff. A. Empt. & oportet. l. 11. §. 2. d. l. Sicut hujus exemplo donator §. 2. J. de don. idq; tan-

B 2

quam

quam ex obligatione, quæ non continet nudum factum; unde præstando quod interest, non liberatur, nisi vel emptor hoc malit, vel venditor tradere non possit. *l. pr. l. 11. §. 9. ff. de A. empt. l. 4. O. d. t. Arum. Ex. 14. q. 2. Riem. dec. 10. q. 9. Dn. Frantzk Ex. 11. q. 1. Dn. Vngep. Ex. 12. b. 4. Hillig. à Donz. dissentiens lib. 13. c. 2. lit. a.*

(d) non, ut Dominum faciat nisi ipse fuerit Dominus *l. 25. §. 1. ff. de contrab. empt. l. 11. §. 2. ff. de A. empr. sed possessorem, cum usucapiendi conditione l. 28. ff. de contrab. empr.*

(e) ita ut alius neque possideat, aut detineat neque detinendi jus habeat.

(f) *l. 2. l. 3. pr. §. 1. ff. de A. empt. l. 8. C. eod. l. 12. C. de prob. sine hæc enim illa usucapiendi conditio non procedet. l. 25. ff. de usucap. Quod autem in l. 16. ff. de fund. dot. mulier, fundum quem alter bonâ fide possidebat marito in dotem dedisse: isque fundum illum vindicare posse dicitur: quem textum præcipuè urget. Donell. lib. 4. comm. c. 16. Hoen. disp. Inst. 16. t. b. 13. id de eo casu accipiendum est, quo, primum uxor, deinde maritus possessionem illius fundi, à b. f. possessore facile recuperare poterat. Riem. Dec. ad. 10. quest. 10. ut ita ob facilem recuperationem, possessio penes uxorem adeoque vacua fuisse censeatur. Alii aliter, fundum illum marito in dotem datum, id est, destinatum saltem, arg. l. 14. ff. de Jur. dot. vel fundum in dotem datum, id est actione ad fundum, cessam fuisse; vel pro, *doti dedit.* legunt. *doti dixit.* vid. Hottom. Ill. quest. 11. Cujac. 14. Observ. 9. Harpr. ad §. 4. Inst. de rer. div. n. 38. adde Dn. Frantzk. Exerc. II. Quest. 2. Treul. vol. 1. disp. 28. t. b. 4. lit. g. Bachov. ad Treul. vol. 2. disp. 20. t. b. 4. lit. O. qui Donell. argumenta resolvit. Treul. t. 28. 4. g. Riem. dec. 10. q. 10. Dn. Frantzk. Ex. 11. q. 2.*

Thes. V.

Emptione perfecta (a) Emptoris (b) ut periculum est (c) ita & commodum (d) non tamen jus accrescendi (e).

(a)

ad §. 3. l. b. c.

Obr.

(a) Substantialibus suis, consensu, re, & precio aut interdum scriptura. Si initio, ut in scriptis celebretur convenerit *pr. 7. b. i. l. 17. C. de fid. Instrum.* Tunc enim non aliter contractus perfectus dicitur, quam si scriptura facta, & instrumentum confectum fuerit, ita, ut donec id fiat, partes à conventionem recedere possint. Nam pacto, contrahentium, hoc casu scriptura, quasi substantiale aliquod, ceteris adjectum esse censetur: Quod si post perfectum contractum, placeat fieri instrumentum, scriptura non ad substantiam pertinet, sed ad probationem, nec ab Emptione semel perfectâ, recedere partibus integrum est, ante Scripturæ confectionem. *vid. Fachin. lib. 2. contr. 97. Hoen. d. disp. 16. th. 2.*

(b) etiam ante traditionem. *§. 3. l. b. p.*

(c) *d. §. 3. l. 7. l. 8. l. 11. ff. de peric. & commod. rei vend. l. 14. pr. in ff. de furt. l. 39. ff. de salut. l. 35. §. 4. ff. de contrab. empt. l. 5. & seq. C. de peric. & comm. rei vend. idque iustâ ratione, quia & lucrum ad Emptorem spectat infra, lit. d. qui & ipse in morâ est, dum non petit traditionem fieri, sibi ergo imputet, quod ex morâ sequitur: Contra venditor, venditione perfectâ, speciei, sive mercis venditæ debitor est, ad quem rei interitus, sine culpâ ejus obtingens non pertinet. *l. 23. ff. de V. O. Legem, quam in contrarium maximopere urgent. 3. ff. Locat. simplicissime, de casu speciali, de quo ipsa loquitur, quo scil. fundus venditus ante traditionem publicatus fuit exaudimus: Sive publicationem illam intelligas quæ ob delictum venditoris facta est, cum Accurs. & Pac. cent. 5. Enant. q. 8. sive eam, quæ devictis hostibus fieri solet. cum Arum. Exerc. 14. quest. 3. utroque casu venditorem teneri exempto, pro fundo ante traditionem publicato, recte dixeris cum Jaco. in d. l. 33. ff. Loc. priori, ideo quia dolus & culpa venditoris, Emptori nocere non debet. Posteriori ideo, quia ad eum modum publicato fundo, venditori, ut domino, vel antiquo possessori, honoris gratia aliquid dari solebat, cujus respectu, equus est, Venditori fundum perire, quâ Emptori. Cœ-**

663.
terum Venditoris quoque regulariter est periculum, si dolus
vel culpa ejus intercesserit, *d. §. 3. Inst. h. t. de quo casu accipimus*
l. lektor 11. cum seqq. ff. de peric. & comm. rei vend. ut & si venditio
nondum perfecta fuerit; puta, pendente conditione, sub qua
contracta erat; de quo casu loquitur. l. 8. pr. ff. d. t. aut si res ad
numerum, mensuram, vel pondus vendita fuerit, tunc enim, de-
mum post annumerationem ad mensurationem, & appondera-
tionem Emptio venditio perfecta esse censetur. l. 1. pr. ff. de peric.
& comm. Alia huic assertioni contraria diluunt. Hunn. V. R.
lib. 3. tract. 7. p. 1. quest. 7. Dn. Ungepaar. Exerc. 12. quest. 4. in Aio.
In casibus autem ijs, in quibus Emptoris periculum est. Vendi-
tor actiones Emptori cedere cogitur, vindicationem rei con-
ditionem & alias. *§. 3. Inst. de Empt. Vend.*

(d) fructuum & accessionum aded ut si post emptionem per-
fectam fundo per alluvionem aliquid accesserit, id ad emptoris
commodum pertineat. *d. §. 3. Inst. h. t. l. 13. C. de act. empt. cum se-*
cundum naturam sit, commoda cujusque rei, eum sequi, quem
sequuntur incommoda. l. 10. ff. de Rep. Jur.

(e) empta nimirum hereditate ab uno heredem, si alter repu-
diat: hac enim portio venditori accrescit, qui heres est & ma-
net. *l. 88. ff. de hered. instit. non emptori, qui nec conjunctus fuit*
repudianti, nec ex voluntate defuncti vocatus, nec a venditore
aliud lucrum habere potuit, quam quod erat eo tempore quo
venditio fiebat. l. 2. §. 1. ff. de hered. vend. Quanquam enim Emptor
hereditatis, sit loco heredis; Id tamen in portione illa saltem
obtinere, quam emit, non in altera, que ad venditorem non,
ut venditorem, sed ut heredem pertinet, quippe, qui talis nun-
quam esse desit; Et quod alias dicitur, portionem accrescere
portioni, id inter eos obtinet, qui pari Jure utuntur, universali
nimirum, instar heredum: quale Jus universale heres tantum
habet, idemque venditor hereditatis, non Emptor, qui Jure sin-
gulari hereditatem, ejusque portionem nactus est; & tantum
transtulit Venditor, quantum tempore venditionis habebat, id est, so-
la portionem suam, non cetera, que ad eum, tanquam heredem,
per

pervenire poterant. vid. *Fachin. s. e. 101. Tr. 1. 28. ult. a. Foman. d. 22. cor. 2. cum generoso suo Job. Sprevio 2. de J. accresc. c. 2. Dn. Vngep. Ex. 12. q. 3. in N.*

Th. VI.

ad §. 1. §
2. l. h. t.

In pretio Emptionis quamvis naturaliter (a) circumvenire liceat (b) læsio tamen (c) ultra dimidium (d) non toleratur (e).

[a] Non fraudulento consilio, quod perperam & contra mentem Jctorum hoc averfantium vulgus explicat, sed sine dolo & animo decipiendi, re ipsa, & incuria contrahentium, ex naturali voto vilius comparandi & carius distrahendi l. 8. C. d. rescind. vendit. vid. *Arum. Arum. Ex. 14. th. 5. Dn. Franzk. Ex. 11. q. 3.*

(b) l. 16. §. 4. ff. de minor. quod nec jns Can. improbat. c. 3. X. de Empt. Vendit.

(c) sive ab emptoris sive à venditoris parte *Arum. d. l. th. 8. Hoen. d. 16. th. 7.*

(d) veri sc. & justii precij: quod erat tempore contractus. l. 8. C. de rescind. vendit.

(e) Sed vel rescinditur contractus ex l. 2. C. de rescind. vend. beneficio æquissimo, nec veteribus Jctis planè incognito l. 2. ff. de pos. l. 47. ff. de Evict. *Cujac. 23. Obs. 24. Arum. Ex. 14. q. 8.* vel precium supplebit emptori, d. l. 2. de Rescind. vendit. c. 6. X. de Empt. Incognitum protius jure Pandectarum fuisse Remedium d. Legis. 2. C. de rescind. vend. et jure Codicis noviter introductum, statuit *Arius Pinellus* quem sequitur *Hunn. V. R. lib. 3. tr. 7. part. 1. quæst. 10.* sed fundamenta utriusque diluit *Arum. d. Exerc. 14. quæst. 8.* Coeterum beneficium dictæ l. 2. non tantum in venditore, de quo quidem, lex ipsa, utpote ad quæstionem de Venditore, concepta, loquitur, sed ob eandem rationem, & con-

tin.

tingentem læsionem, in Emptore quoque obtinet; ut modo dictum sub lit. c. nec tantum in Emptione venditione; verum & in Locatione Conductione, quæ iisdem Regulis Juris consistit. *pr. Inst. de Locat. conduct.* adeoque læsionem ultra dimidium averfatur; ut omnino æquum sit, ob talem læsionem vel ab ipsa locatione recedi, vel contractum ad æqualitatem reduci. *Hoen. d. disp. 16. tb. 7.* In Venditione tamen juratâ, sive, quando emptor aut Venditor promisit, sub Juramento, se non contravenire velle contractui; ut & in transactione, locum non esse remedio dictæ. *l. 2. C. de rescind. vend.* rectius defenditur; *Hunn. V. R. d. loc. quæst. 13. & 15.*

Tb. VII.

ad pr. Inst. de Locat. In Locatione Conductione (a) merces (b) interdum in pecunia numeratâ (c) consistit, interdum in re quavis fungibili. (d)

(a) Unde personæ duæ, Locatoris & conductoris; de quarum distinctione diversaque appellatione, in Locatione rerum sive fruendi & operarum sive faciendi; videantur. *Don. 13. com. 6. ibiq. Hillig. lit. g. Dn. Frantz. Ex. 11. q. 4.* ubi rectè distinguit inter locationem rei & facti, & hanc iterum distinctè vel ratione operis faciendi considerat, Et hoc casu, eundem & locatorem ex conductorem dici posse, ait; E. gr. qui domum ædificandam locat, in effectu operas ab Architecto conducit, hic vicissim, dum opus faciendum conducit, in effectu operas suas locat; Illum tamen pro locatore habendum esse censet, qui prior ad contractum profiliit, & de opere faciundo rogavit, vel postulavit sive Dominus operis faciendi fuerit, sive artifex: eum verò, qui rogatus vel postulatus est conductorem dicit.

(b) & quidem certa ab initio. Tunc enim locatio, conductio contrahi intelligitur: si merces constituta sit. *pr. Inst. h. t. Si verè*

1966
rò fulloni polienda curandave vestimenta dederò , nullâ sta-
tim mercede constitutâ, sed postea tantum daturus, quantum
inter nos convenerit, non propriè locatio conductio est, sed eo
nomine actio præscriptis verbis datur. §. 1. *Inst. h. t.*

(c) in Locatione faciendi. *l. 1. §. 9 ff. de pos. l. 5. §. 2 ff. de Pr. V.*

(d) in Locatione fruendi *l. 8. l. 18. l. 21. C. Locat. Riem. dec. n. 9 t.*
post Gregor. Lopez animadvers. 15. n. 3. quem sequitur Hillig d. l. lit.
7. eaque ratio optima componendi dissidii inter eos qui rem
quamcunque fungibilem admittunt. *Tr. 1. 29. th. 3. g. Wes. w. Lo-*
cati n. 7. Harpr. ad §. 7. l. h. t. n. 3. cû pluribus ibidè allegatis, & inter
eos qui pecuniam numeratâ tantum, idq; ex sententiâ commu-
ni. Fachin. 1. controv. c. 82. Donell. 13. com. 6. Arum. Ex. 14. th. 10. Nec
ratione destituitur modo dicta decisio. Ideò enim in locatio-
ne faciendi, pecunia requiritur ne confundatur, cum contra-
ctu, do ut facias; l. 5. §. 2. ff. de Præscr. Verb. In locatione autem
fruendi, licet res alia fungibilis interveniat nihilominus ta-
men à commodato, mandato, Emphyteusi & cœteris contracti-
bus distingui potest. Riemer. d. quest. 1.

Th. VIII.

Sicut pro mercede Locator actionem habet (a) &
locatis ædibus, tacitam hypothecam (b) Ita conductor a-
ctionem conducti (c). *ad d. pr.*

(a) Locati nimirum, ut præstetur merces cum usuris nisi
quat. in Locatione rerum, remissionem svadeat interdum aut
pestis aut sterilitas insignis. *Gail. 2. O. 23.*

(b) in invecis, illatis, proprii istamen rebus etiam libris stu-
diosorum si alia deficient. *Dn. Carpz. p. 2. const. 25. defn 20. in*
prædium Urbanum; non item in rusticum, citra expressam cõ-
ventionem l. 4 ff. de pact. l. 4 ff. in quib. caus. pig. tæc. ubi Jctus op-
ponit inter se prædia urbana & rustica; Et de urbanis dicit, quod

C

in-

invecta & illata pignori esse credantur, quasi id tacite convenit: de rusticis prædiis subjungit quod in iis contra observetur: ut itaque constet oppositio necesse est, sic accipi Jctum in illatis in prædium urbanum, tacitum pignus est: in illatis in rusticum, expressa conventio requiritur: Et quia in prædiis rusticis, fructus qui ibi nascuntur tacite obligati sunt: sequitur aliud esse in illatis cæteris. Nec sufficit voluntate aut scientiâ Domini, res coloni in fundum illatas esse, uti quidam, vocabulum voluntatis captant in *l. 5. C. Locat.* Nam voluntas ibi non intelligitur, unius puta Domini, quæ nihil operari potest in pignore constituendo, sed mutua, utriusque quæ inducit expressam conventionem sicut ita vocabulum voluntatis accipitur in *l. 5. §. 1. ff. in quib. caus. pign.* & in *l. ult. C. de novat.* *Wes. in π. n. 2. Bachov. de pignorib. lib. 1. c. 11.*

[c] ad præstandum liberum rei usum, ne expellatur temere ante tempus, Id enim locatori integrum non est, nisi domum propriis usibus, etiam uxoris & liberorum necessariam esse probaverit, aut reficere vel reparare voluerit, aut conductor in re locatâ malè versetur; *Vid. l. 3. C. Locat. ibiq. Gothofred. in Not.* Tenebitur tamen illis casibus. Locator, quanti conductoris interfuerit, non migrare ante tempus; & pro ratâ residui temporis, mercedem deduci patietur; si tamen ob culpam suam, quod malè in re conductâ versatur, expellendus sit, ad integram pensionem tenetur *Auth. Qui rem. C. de SS. Eccl.* datur etiam ad remissionem ex justâ causâ vel totius mercedis vel partis tantû faciendam actio conducti *l. 15. §. 2. & seqq. ff. b. r.*

Ihes. IX.

Præstanda quoque venit in hoc contractu culpa levis (a) non levissima (b) multo minus casus (c).

*ad § 5.
Inst. b. t.*

[a] Cum utriusque contrahentis sit utilitas. *l. 5. §. 2. ff. commod.*

[b] ne eodem jure & vinculo teneantur, qui gratis utitur ut commodatarius & qui mercede datâ. In *§. 5. J. b. t.* superlativâ

ac-

accipimus pro positivo, ut sepè contra solet. §. 2. §. quib. mod.
re. Harpr. ad d. §. 5. ibiq. Bachov. Ita enim tutius exponimus, quam
si dicamus in locatione faciendi, levissimam, in fruendi levem;
aut levissimam culpam præstandam esse in rebus, in d. §. 5. speci-
aliter enumeratis, utpote quæ facilius corrumpi possint Nam
& idem periculum est in aliis rebus mobilibus; & de locatione
rerum siue fruendi expressè loquitur Imperator.

(c) l. 28. C. b. t. In quâ dum casus fortuitus excipitur, nequaquâ
omnis culpa, adeoque etiam levissima includitur: cum de casu
fortuito de dolo et custodiâ, non item de levissima culpa, quæ-
stio ibi proposita fuerit. Quod si periculum in se receperit
conductor casum fortuitum & vim majorè præstabit. l. 9. §. 2. ff.
Locat. & insolitum quoque casum: ex vi conventionis genera-
lis. Harpr. ad §. 5. Inst. b. t. n. 15. & seqq.

Thef. X.

Tandem Locatio (a) licet in longum tempus (b)
facta non tamen transit in Emphyteusis (c). ad §. 3.
Inst. b. t.

(a) Rerum siue fruendi.

(b) lustrom frequenter, l. 4. §. 1. ff. de R. cred. l. 24. §. 2. ff. Loc. de-
cennium aut plures annos.

(c) ne solum tempus citra mentem contrahentium & pri-
mum contractum mutet, & aliam obligationem inducat: Un-
de post quinquennium, e. gr. reconductio vocatur primevi con-
tractus nomine. l. 3. §. 11. ff. Loc. Riem. dec. 11. q. 2. D. Frantzk. Ex. u. q.
5. ubi textum contrarium, in l. 1. §. 3. ff. de superfic. [in quo Prætor
ei, qui non ad modicum tempus superficiem conduxit, dat a-
ctionem in rem, quam tamen conductor ad modicum tempus
negat.) ejusque specialitatem doctè resolvit. Adde Constit. El.
Aug. 40 p. 2. in qua si Actor probet, bona à se vel Antecessori-
bus ad annos aliquot certâ mercede locata fuisse als ein Laß-
guth: etiamsi ultra 30 annos titulo hujus contractus pos-

669.
federint, nihilominus tamen ad restitutionem eos, teneri, sanc-
citum est, non obstante præscriptione. quamvis in dubio, & u-
bi de initio locationis non constar, ex uniformi, ultra 30 an-
nos, Canonis solutione, pro reo pronunciandum sit. *d. const. 40.*
pr.)

Thes. XI.

Est a Emphyteusis contractus a Locatione distincto
ad d. §. 3. (a) Juris gentium (b) nominatus (c) & bonæ fidei, (d)
soloque consensu constat (e).

(a) §. 3. *f. b. t.* Ratione tum finis in usu perpetuo, & Jure per-
petuario; tum effectus in utili dominio; tum pensionis, quæ
non propter usum datur unde nec ob damnum particulare so-
let remitti; Sed in recognitionem domini, unde saltem ob da-
mnum Universale, cessat pensio. Dicitur Germanis ein Erb-
Zinsguth, & Emphyteuta, ein Erbzinßman / differentiam a bo-
nis censiticis, Schlechte Zinsgüther / & censitis: Schlechten
Zinsmännern / *vid. in Const. Et. Aug. 39 p. 2.* A superficiario quo-
que differt Emphyteuta; Superficiarius est, qui solum alterius
conduxit, ut edificaret in eo, & quotannis aliquid solvit, ob re-
cognitionem domini *l. 74 ff. de Rei Vindic.* cum proprietas ediū
in solo conducto positarum, & civili & naturali Jure, ejus sit,
cujus est solum; ut loquitur Jctus in *l. ult ff. de superfic.* Emphy-
teuta, Jus & utile dominium habet, & quidem in toto fundo;
non in superficie tantum; nec eo sine fundum Emphyteuticum
habet, ut in eo ædificet. *vid. Zoes. in comm. ff. ad d. tit. de super-
fic.*

(b) ex historiis passim notus & Sybilla Cumana antiquior,
ut loquitur Claudius David in *velit. legal. ad §. 2. f. d. J. N. G.* à
Zenone non introductus; Sed distinctus, cum Veteres Jcti de
jam subsistente & substantialibus suis absoluto contractu dubi-
tarint. *d. §. 3. f. b. t.* In quo §. negotium illud Emphyteusis
expresse nominatur contractus; ibi, *talis contractus*; Zeno igitur

674.

tur Imperator, dum in *l. 1. C. de Jur. Emphyt. contractus Emphyteuseos* propriam statuit naturam; à locatione & venditione distinctam suisque pactionibus fulciendam; non novum genus contractus introduxit, sed id quod jam erat, denominavit: qui autem nomen saltem imponit; non dicitur invenisse. Sicut Adam animantia cuncta, & universa volatilia cœli, & omnes bestias terræ; nominibus suis appellavit, Gen. 2. vers. 19. 20. Pactiones illæ, quibus fulciendum existimavit Imperator Zeno contractum Emphyteuticum, non ad substantiam ejus, quæ jam antea perfecta erat, sed ad naturam aut accidentia pertinent: quæ, utpote contractui jam constituto, adjecta; originem & substantiam non mutant: Quibus probè observatis, facile satisfieri poterit, argumentis, quæ in contrarium afferunt. *Hunn. Var. Resol. lib. 3. Tract. 7. p. 2. quest. 9. vid. Arum. Ex. 14. t. b. 12. Dn. Vng. E. 12. q. 7.*

(c) Ex quo propria actio Emphyteuticaria s. vectigalis. *l. 15. §. 26. ff. de dam. infect.* utraque enim appellatio eodem redit, *rubr. ff. si ager vectig. id est, Emphyteuticarius pet. l. 15. §. 1. ff. qui satisd. cog.* cumque nomen Emphyteuseos, vel contractus Emphyteutici; nulli alij conveniat, utique nominatum hunc contractum dici oportet. Et quia actio propria & peculiaris, ut modò dictum prodita est, non est, ut vel præscriptis verbis actionem, vel conditionem ex *L. ex hoc contractu* nasci dicamus cum aliis. *vid. Hunn. d. loc. quest. 13. Hoen. d. 16. t. b. 19. adde Hillig. ad Don. 9. Comm. 13. l. k.*

(d) ob Affinitatem cum emptione & locatione. Et olim utriusque bonæ fidei fuit, siquidem dubitabatur, an Venditio esset, an Locatio: quæ dubitatio inepta fuisset, nisi de naturâ, & qualitate bonæ fidei jam tùm constitisset, nihil autem, quoad substantiam & originem mutavit Zeno; ut antea dictum. Nec obstat Emphyteus in Catalogo bonæ fidei contractuum in *§. 28. Inst. de action.* non contineri aut recenseri expressè: cum tacite comprehendi sufficiat sub locatione. Est enim ager vectigalis vel Emphyteuticarius, qui in perpetuum locatur. *l. 1. ff. si ag. vectig. vel Emphyt. pet. vid. Arum. d. l. t. b. 13. Hoen. d. l. t. b. 20.*

671
[e] etiam sine scriptura, non obstantibus duobus ablativis absolutis l. 1. C. de jur. Emph. Scriptura interveniente, quibus nec semper conditio præcisè implenda significatur; nec Zeno id voluit, de necessitate intervenire scripturam; sed saltem, si intervenerit, custodiri. Dicit enim quod cuncta, quæ inter utrasque contrahentium partes, pactionibus Scripturâ interveniente habitis, placuerint, firma illibataque debeant custodiri; non ideo quia scriptura intervenerit, aut, quod alia pacta, in scripturam non conjecta, non sint perinde observanda, sed ideo quia pacto ita convenerit; ut ita non in scripturâ, sed in pacto sive conventionem, servandi necessitatem ponat. Ita si dicamus Emptioni vel locationi in scriptis factæ & pactis ibidem conventis standum est; non sequitur, standum iisdem haud esse, si scriptura non intervenerit; Servandum utrumque est, & quod pacto convenit; citra scripturam, & quod conventum prius, ac deinde scripto comprehensum est. Ideo in §. 3. Inst. de Locat. tantum de pacto in genere dicitur, si aliquid pactum fuerit id obtinere debere: de scripturâ verò nihil additur, vid. Dn. Ungep. d. q. 7 in N. adde Hillig, ad Don. d. c. 13. H.

Thes. XII.

Emphyteuta, non vendere quidem jus suum irrequisito Domino (a) at bene donare (b) potest [c].

ad d. §. 3.

(a) Huic enim prius denunciabit; cum habeat jus ἀποστρέφω l. 3. C. de Jur. Emph. Et debet Dominus tantam præstare quantitatem, quantam Emphyteuta ab alio recipere poterat, quod si facere Dominus noluerit & duorum mensium spatium effluxerit; sine ulterioris consensus requisitione, Emphyteuta meliorationes suas vendere potest: modo ei vendat, qui à contractu Emphyteutico non prohibetur. Idem est, si Dominus venditioni assentiatur. Sic enim Jure suo renunciassè censetur: nec interpellandus erit de consensu ulteriore, vid. Riem. II. Quest. dec. 11. Coroll. 1.

(b)

[b] sicut & legare. l. 71. §. ult. ff. de Legat. i. l. 219. ff. de V. S. frustra n. denunciabitur domino, qui sibi quidem donari malit, eo tamen adigere Emphyteuti non poterit. Præterea de Venditione expressè loquitur d. l. 3. C. de J. Emphyt. Et quanquã, vocabulo translationis ibidè uratur Imperator; ejus generalitatè maximè urget. Hunn. d. tract. 7. p. 2. quest. 10. ad donationè quoq; extendens at tamen & in antecedentibus & sequentibus & venditionis & emptionis, & precii ejusque quantitatis fit mentio: ut ita translatio illa tantum de onerosa sit intelligenda; cum translatio nislucratiuæ, uti dictum est, alia sit ratio & quædam vendi prohibita, non tamen prohibeantur donari. l. ult. C. de præd. De cur. vid. Arum. Ex 14. th. 14. Riem. dec. xi. q. 4.

[c] modo donatarius laudemium i. e. quinquagesimam partem precii vel æstimationis, domino, qui laudat & approbat, quæ gesta sunt solvat, ad id enim perinde tenetur Donatarius ac Emptor, cum utrobique directum dominium sit recognoscendum, & ex regula generali omnes solvere debeant laudemium, qui recipiuntur, non comprehensi in primo contractu; unde si pater filio donarit Emphyteusin: quia filius receptus propter unitatem personarum, in primo contractu comprehensus censetur, laudemium non solvit. vid. Riem. d. loc. coroll. 2. Deniq; ob non solutū canonè per triennium Emphyteuta quidè prædio, cadit, ipso Jure. l. 2. C. de Jur. Emphyt. Sententiam tamen declaratoriam requiri verius est. Exemplo privationis feudi. c. un. de feud. sine culp. non amitt. l. 21. c. un. Quæ temp. mil. invest. per. deb. l. 22. §. ult. Cæterum censitica bona, ob non solutum censum annuum, non amitti disertè probat. d. Const. El. 39. p. 2. in f. ibid; Moll.

Thes. XIII.

Societas (a) vel generalis (b) vel particularis (c) est (d) illa vel simpliciter omnium bonorum (e) vel specialiter (f).

adpr. Inst. de Societ.

[a] contractus de rebus vel operis, vel utrisque conferendis, communionis habendæ animo.

(b) to.



[b] totorum bonorum quam Græci Κοινονικον appellant *pr.*
f. b. t.

[c] unius rei aut negotiationis, emendi frumenti, vini &c.
d. pr.

[d] ad hanc enim bimembrem divisionem ceteræ quoque
 species rectè referuntur *ex l. 5. pr. ff. pro Soc.*

[e] in quam ex quæstu tantum acquisita veniunt. *l. 7. § seq. ff.*
d. t.

[f] quæ & nominatim omnium bonorum dicitur, in quâ
 veniunt acquisita quavis, sive ex quæstu sive titulo lucrativo. *3.*
§. 1. ff. h. t. Donell. 13. comm. c. 16. Bach. ad Tr. 1. 28. 8. f. Bocer. de Societ.
th 7. 9. 13. Communicantur a. omnia continuo simul ac de com-
munione firmiter fuerit conventum, etiam sine traditione quæ
hic tacita intelligitur. l. 1. §. 1. l. 2. ff. h. t. licet in aliis expressa re-
quiratur. l. 20. C. de pact. Rober. disp. Inst. 18. tb. 10. Fomann. d. 23. tb. 13.
b. & in universali dotes ac sumptus studiorum eidem imputan-
tur, etiam sine pacto speciali. l. 73. §. 1. ff. pro Soc. facit l. 39. §. 3. ff. fam.
herc. Tr. 1. 27. tb. 8. H. ibique Bachov. Nectantùm eo casu, sum-
ptus studiorum ex communi præstantur, si ante societatem ini-
tam, unus vel alter sociorum, filios habuerit; studiis ope-
ram navantes; uti quidem Donellus distinguit, ad rubr. C. pro
Soc. n. 18. Verum etiam tunc, si post contractam societatem, filii
studiis dedi cœperint; tum ob naturam hujus societatis o-
mnium bonorum specialis; qua conventum est, ut quicquid
erogetur, aut quæreretur, communis lucri atque impendii es-
set; quæ certe qualitas nihil præcipuum facit alterutri socio-
rum, tum ob generalitatem, d. l. 73. §. 1. ff. h. t. ubi, ex justâ illatio-
ne, vel collectione, responderi Jctus generaliter; ea quæ in ho-
norem alterius liberorum erogata sunt, utrinque imputanda
esse. Confer. Arum. Exerc. 15. tb. 2.

Tb. XIV.
 Pecunia tamen ab uno collata (a) cum alter ope-
 ram tantum (b) conferret. Sicut non fit communis (c)
 ita nec damnum ejus (d) commune est (e).

[a] ut

ad §. 2. l. 1.
b. t. 1

2079.
[a] ut fit, cum sæpè opera alicujus pro pecunia valeat. l. 5. §. 1. l. 29. §. 1. ff. b. t. §. 2. l. eod.

(b) non item pecuniam, aliud enim est, si uterque pecuniam contulerit, qui casus in l. 52. §. 4. ff. b. t.

(c) Siquidem ex mente Sociorum, usus tantum communicatur, ita ut lucrum ex pecuniâ redactum sit commune. d. §. 2. unde nec indivisionem venit, finitâ Societate. Nec, quod in l. 1. §. 1. ff. b. t. dicitur, omnes res in societate continuo communicari; de societate particulari, & nostro casu intelligendum est, sed de societate universali omnium bonorum; in qua bona, quoad dominium etiam & proprietatem communicantur. In societate verò particulari, uno pecuniam, altero operam conferente; usus pecuniæ correspondet operæ; Ideò ut æqualitas servetur, lucrum illud, ex operâ unius, & pecuniâ alterius proveniens, finitâ societate, commune fit, & dividitur: non autem ipsa pecunia; ex hac enim divisione, quanta orietur inæqualitas; dū alter partem pecuniæ, quam contulit, amittit: & nihil lucratur, nullo fortè commodo ex societate percepto; Dicis, Imò alter, operam, quam impendit, perdit: & nisi pecunia ipsa dividatur, nihil omninò lucratur; sed damnum sentit. Resp. imò & pecuniæ collator damnum sentit: siquidem ex pecuniâ illâ in societatem collatâ; nullum lucrum percipit, quod tamen, percipere potuisset, si aliter eam collocasset: Utrique igitur, tanquam casus fortuitus imputatur; tūm operæ deperditæ, tūm cessantis lucri ex pecuniâ & operâ simul sperati. Pecunia ipsa verò, cujus proprietates nunquam communicata est, ejus tota permanet, cujus antea fuit, id est conferentis. vid. Fachin. lib. 2. contror. l. c. 94. Hoen. d. 7. tb. 2.

(d) si fortuito casu amissa fuerit.

[e] etiam citra pactum [quod quidem interponi potest. l. 29. §. 1. ff. b. t.] ut & res sub Domino pereat. l. 9. C. de pign. act. neque alter qui solam operam contulit, duplex damnum incurrat: jacturam operæ faciendo, & partem damni sustinendo. Harpr. ad d. §. 2. n. 20. Arum. Ex. 15. tb. 3. Bachov. ad Tr. 1. 27. 9. a.

Thes XV.

Finita societate (a) divisio fiet, prout conventum est (b) & quidem Actione communi dividundo (c) vel pro Socio (d).

D

[a]

675.
(a) præter alios modos, relatos in §.4.6.7.8. *J.b.t.* etiam morte saltem unius, regulariter. §.5. *I.b.t.* & in privatis Societatibus. *l.59.pr.l.63. §.8 ff eod.* ad heredes enim non transit, ne ex pacto quidem *d.l.59.l.35.l.70 ff.d.t.* quamvis & inchoata à defuncto explicare teneantur *l.40 ff.d.t.* & de lucro damnove gestorum participant. *Rober.d.17.tb.11.Arum.Ex.15.tb.4.*

(b) puta ut unus duas partes lucri & damni, alter duas damni, tertiam lucri, unus partem lucri, nullam damni, alter omne damnum & partem lucri ferat. §.1. & 2. *J.b.t. & c.* Solâ Leoninâ Societate abolitâ. *l.29 §.2 ff.h.t.* citra conventionem verò æquales erunt partes lucri & damni *d. §.1.* juxta proportionem Geometricam. *l.6 ff.b.t.*

(c) quæ magis ad divisionem rerum pertinet. *l.1. ff comm. divid.*

(d) quæ magis quidem ad præstationes pertinet. *d.l.1. & in commune redigit. l.52. §.8 ff. pro Soc.* Interim tamen & ad rerû in commune redactarum divisionem spectat: particula *magis in d. l.1.* comparative intelligenda non elective; unde harum actionum altera consumit alteram. *l.38. §. fin. ff. b.t.* Ita pro Comuni *Wesenb. π. b.t. n. 12. Riem. dec. 11. q. 5.* Dissidentium opinionem propugnat. *Hoen. disp. Inst. 17. q. 6. ob d. l.52. §. 8. ff. pro Soc.* ex quâ tamen non sequitur: Judicio societatis in commune redigitur; Ergò divisio in idem Judicium non venit, sicut nec ita recte concludes. Judicio, communi dividundo, res dividuntur. Ergò non prius in commune rediguntur: Ad *l.43. ff. eod. tit.* quâ itidem movetur. *Hoen. recte respondet Riem. d. loc. de quo fortè plura in discursu.*

Cæterum hæc actione pro socio unusquisque Sociorum conventus tenetur de dolo, de latâ culpâ, & de levi tantum, non etiam de levissimâ: quia utriusque contrahentis utilitatem respicit hic contractus *l.5. §.2 ff. commod.* Et culpa cujus nomine tenetur Socius, non ad exactissimam diligentiam referenda est; dicit Imperator in *§. ult. J. de Societ.* ubi: & hæc ratio additur, quod qui parum diligentem socium sibi adsumit, de se queri sibi hoc imputare debeat. Quâ eadem ratione cum & in contractu depositi antea usus sit Imperator in *§. 3. In quib. mod. re. contr.* ideò pro principali & concludente habenda non est,

Se-

276.

Sed illa potius, quæ ab utilitate contractus, quatenus vel ad unum vel utrumq; contrahentium pertinet; desumitur, adde *Hoen. disp. Inst. 17. tit. 7.* In tantum autem Socius debitor tenetur, in quantum facere potest. §. 38 *Inst. de Action. sive unius rei Societas fuerit. l. 63 ff. pro Soc. cum utraque Jus quodammodo fraternitatis in se habeat. d. l. 63. nec Ulpianum, autorem utriusque legis contraria scripsisse dicendum sit. vid. Harpr. ad d. §. 38. Inst. de Action.*

ADDITAMENTA.

I.

EXceptio non numeratæ pecuniæ an contra Instrumentum guaranteeatum ad impediendâ Executionem opponi possit, disquisitio insignis est. Negat id Dan. Moller. ad *Constit. Et. 19. p. 2. n. 59. & seqq. cum quia in Ordin. Provincial. de Anno 1555. tit. von versakten Briefen und Siegel / S. daß ihm solches ver. Und keine andere Exception, nulla alia Exceptio, quam solutionis vel satisfactionis admitatur: quod confirmat Ordin. Process. Jud. tit. 39 §. Wenn aber daß Urtheil; non aliam quam solutionis, vel compensationis intra terminum executionis liquida admittens; tum, quia secundum hanc opinionem in Supremo Appellationum Judicio Anno 1569. pronunciatum sit; rejectâ simulationis & non num. pecuniæ exceptione; uti ex scripto Davidis Peiferi Cancellarii El. Sax. se percepisse, refert. Moll. d. loc. n. 66. In quam sententiam à Facult. Jurid. Lips. Anno 1616. responsum refert Finckelhaus. in coroll. feud. 6. Verius dixerim, Exceptionem non num. pecuniæ si notoria sit, vel in continenti probari possit adversus Instrumentum guaranteeatum, valide opponi posse. cum Hartm. Pist. p. 4. quest. 12. n. 7 Berlich. p. 1. concl. 24. n. 16 & seqq. Hac enim Exceptio ex ipso contractu originem sumere videtur. Dicitur in Instrumento, pecuniam numeratam, adeoq; debitorem ex mutuo obligatum esse: Si itaq; in continenti & liquido probari possit, pecuniam numeratam non esse, corrumpit certe fundamentum instrumenti; & æquitati consentaneum est; potius Executionem non fieri; quam eâ, vi solius Instrumenti factâ regressum denuò dari adversus Creditorem. Neq; decedit hic aliquid efficacia Instrumenti guaranteeati, quia non aliter Impeditur parata executio, quam sit Exceptio illa non num. pec. in continenti id est, intra terminum Executionis probari possit*

677.
possit. Et hanc sententiam in supra laudato Appellationum Judicio
approbatam & confirmatam fuisse refert. Hartm. Pist. d. q. 12. n. 7.
quem sequitur Dn. Carpz. p. 1. const. 8. defn. 17. n. 19. & defn. 20. Con-
trariam sententiam tunc admittit Coler. de P. E. p. 1. c. 10. n. 246. si non
in ipso Instrumento obligationis, sed in alio, ex intervallo, renuncia-
tum fuerit exceptioni non num. pec. Sic enim hanc ad impediendam
Executionem opponi non posse. Putaverim, non obstante hac renun-
ciatione ex intervallo facta: locum adhuc esse Exceptioni, modo in
continenti probetur; cum debitor eadem ratione, & facilitate, ob-
spem accipiendae pecuniae, renunciationem ex intervallo, in alio In-
strumento scribere possit; Veritas itaq; in continenti liquida & evi-
dens: praevaleret Instrumento, & fortius erit quod non factum esse
probatum, quam quod factum esse sciendi scribitur.

II.

Emptione venditione semel perfecta; licet nondum facta traditione;
Emptoris ut commodum ita & periculum est; licet ante traditionem
non ipse, sed Venditor Dominus sit. Et Regula illa, qua res suo Do-
mino perire dicitur; non procedit, in eo, Domino, qui simul debitor
est; adeoq; de casu fortuito regulariter non tenetur; Sed tunc de-
mum applicari potest si Dominus opponatur ius, qui tantum custodia
usum & possessionem habent: non; si cum iis comparetur, qui ex co-
ventione Jus rei ad se transferende nacti sunt: quale Jus emptori
competit, contractu perfecto. In rebus pondere, numero vel mensu-
ra constantibus, non aliter perfecta est venditio, quam si ad numera-
ta, ad mense, vel ad pensae fuerint: antequam id fiat periculum ad
Venditorem pertinet. l. 35. §. in his ff. de contrab. empt. l. 2. C. de peric. &
comm. Facta n. degustatione vini si de pretio quoq; conventum
sit: non tamen Emptoris periculum erit ante ad mensionem, nisi cer-
ta amphorae vini singulatim emptae fuerint. l. 1. ff. de peric. & comm.
Dn. Carpz. p. 2. const. 26. def. 23.

III.

Thesaurus in fundo vendito repertus non ad Venditorem, ne quidem
pro dimidia parte, sed ad Emptorem totus pertinet. Quia eum in suo
invenit §. 39. Inst. de rer. div. nec de laesione, Venditor conqueri pot-
est, de qua neq; constabat tempore contractus; nec in ipsa re vendita
laesus fuit: nec unquam habuit thesaurum illum venditor. Nec em-
ptor

pro eum ex venditione, sed ex inventione, & sic alio licito titulo ob-
tinet. fac. l. auctore 67 ff. de R. Vind. quam applicat Arum. lib. 1. de
e if. 1.

IV.

Venditiones sub hastâ factas, ob lationem ultra dimidium re-
scindi; ex l. 2. C. de rescind. vend. tradit Dn. Carpz. p. 2. Const. 34. def.
13. Contrarium habet Moller. ad Const. El. 32. p. 1. & lib. 3. Semestr.
32. quem sequitur Berlich. decis. 126. in quam sententiam responsuro
à Facultate nostrâ esse reperio Anno 1622. rationes utriusq; in discus-
su expendemus.

V.

Transactiones Judiciales aut à Judice confirmata, ex causâ las-
ionis ultra dimidium, non rescindantur. Ut nec Jurata transactio-
nes, ne quidem ob enormissimam lationem; nisi ex capite minoris
etatis, doli, alteriusve justâ cause vid. Const. El. 35. p. 2. in quâ idem
ad renunciationem juratam filia, quâ dote acceptâ hereditati pa-
ternâ renuntiavit extenditur, Juramentum nimirum præferendû
esse lationi, licet post renunciationem acta facultates patris propo-
nantur.

VI.

Ex causâ sterilitatis remittitur quidem aliquid de pensione; si
tamen in plures, puta in tres annos locatio facta fuerit, omnium
annorum fructus & pensiones computantur, tanquam in locatiõne
unicâ & individua, ita ut si post triennium elapsum, fructus & re-
ditus non accedant ad dimidiam partem præcij vel locarii trienna-
lis; tunc remissio ex arbitrio boni viri faciendâ est: qui & rationem
habet, non tantum sterilitatis primi anni, sed etiam ubertatis se-
quentium, ut hanc cum sterilitate priori compenset: Quod si in sin-
gulos annos de remissione ob sterilitatem convenerit, ea illic post
elapsum annum faciendâ est; nec compensatur cum ubertate sequen-
tis anni; aut ob eam revocatur, vid. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41.
defin. 3.

VII.

In Emphyteusi; ob sterilitatem, bellicos tumulus, aliosq; fortuitos
casus, canon Emphyteuticus non remittitur, l. 1. inf. C. de Jur. Emph.
ut quidem fieri diximus in Contractu Locationis. additam. prox. ra-
tio differentie est; quia in Locatione pensio datur ob usum rei, in Em-
phyteusi



674.
emphyteusi, Canon penditur in recognitionem domini; usu itaq; cessante, remissioni merito locus est, recognitio vero domini durat, licet usus ex parte cesset: Quod si in totum cesset, extincto prorsus pradio Emphyteutico, aut si ob vim majorem, & bellicos tumultu, nullus omnino usus esse potuerit: Canon remittitur, cum re tota quasi extincta, nec domini quidem recognitione opus esse videatur. Est & ea inter Conductorem & Emphyteutam notabilis differentia; Hic tributa & collectas, tanquam onera fundi Emphyteutici solvit: ut possessor pradij sit l. 15. §. 1. ff. qui satisd. cog. adeoq; ejusmodi onera merito sustineat l. 7. ff. de publican. & vectigal. Conductor non item, cum nec Jure suo possideat, sed ratione fructuum quos percipit; pensionem praestet, & usum saltem rei habeat, non aliud lucrum vel commodum, unde nec damnum vel onus aliquod incurrere vel sustinere debet. vid. Job. Garf. de Expens. 14. n. 18.

V III.

Socii duo vel plures mutuo accipientes pecuniam, etiam si singuli in solidum se non obligaverint, in solidum tamen tenentur, omnes enim ratione ejus, quod communis societatis nomine actum vel gestum est, prout persona habentur, adeoq; beneficio divisionis usi non possunt; vid. l. 82. ff. pro soc. Dn. Carpz. p. 2. Const. 17 def. 12.

Ipsa tuis gaudet, Schmidi cultissime, coeptis
Alma Themis, laetam praecinit atque tubam.
Perge, tuae mentis π agredi μ para sistere! plausum
Haec dabit, & studiis praemia digna tuis.
gratulab: pos.

PRÆSES.

Et cathedram scandis, Schmidi, mihi dulcis Amice,
Conaris fictas voce necare plicas.
Laudo propositum! si sic perexeris inte
Eximias dotes conferet alma Dice.

J. H.

In Cathedra stantem cum Te Themis alma videret,
Has tibi post operas premia, dixit, erunt.

J. A. T.

Velitatem sequentem
XIV in v. m. d. s.
p. 580.

ULB Halle
005 826 829


3



VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

4075

13

1655

11

MM

COELESTI NUMINIS FAVORE.

Approbante

MAGNIFICO JURECONSULTORUM
COLLEGIO
DE

LITERARUM
OBLIGATIONIBUS, EMPTIO.

NE, LOCATIONE & SOCIETATE.

PRÆSIDE

VIRO

Nobilis-Amplissimo JureConsultissimo Excellentissimoq;

DN GOTTFRIDO SUEVO,

Leor. Siles. U. J. D. & Codicis P. P. in Illustri ad Albim Leucorea Ce-
lebratissimo. Curia Elect. Saxon. Seabinatus, juxta ac inclute Facultatis
Juridicæ nec non Consistorij Ecclesiastici ibid. Provincialis itid. Judi-
cii Superioris in Marggraviatu Inferioris Lusatia Ad-
sessore longè gravissimo.

Da. Præceptore, Patrono suo summo, pariter ac Hospi-
pite summâ observantiâ, amore atq; honore, summe
colendo.

RESPONDENTE


OTTONE Schmidt/

Crosna Sil.

Disputatur

die 30. April. Ær. Chr. clis Ipc LV.

In Atrio Curatorum.



WITTEBERGÆ,

TYPIS JOHANNIS HAKEN.

22

